

Dominum Willelmum suosque praedicti aliisque nostris officiariis ad hunc effectum constitutis exinde licitum erit dicto Domino Willelmo suisque praedicti eadem bona de hoc regno nostro Scotiae in quavis alias partes vel regiones extrancas sine aliquibus alterius custumae taxationis vel devoriarie solutione nobis vel nostris haeredibus aut successoribus aut aliquibus alias transportare et avehere proviso tamen quod dicta bona infra spatium tredecim annorum post ipsarum in quovis hujus regni nostri portu appulsionem navi rursus imponantur Dan et conceden absolutam et plenariam potestatem dicto Domino Willelmo suisque praedicti ab omnibus nostris subditis qui ecclias ducere mercimonia exercere aut ad eadem terras Novae Scotiae et ad eisdem navigare voluerint praeter dictam summatam nobis debitam pro bonis et mercimoniiis quinque libras de centum vel ratione exportationis ex hoc regno nostro Scotiae ad provinciam Novae Scotiae vel importationis a dicta provincia ad regnum hoc nostrum Scotiae praedicti in ipsis ejusque praedicti propriis usus sumendi levandi et recipiendi et similiter de omnibus bonis et mercimoniiis quae per nostros subditos coloniarum ductores negotiatores et navigatores de dicta provincia Novae Scotiae ad quaevis nostra dominia aut alia quaevis loca exportabuntur vel a nostris regnis et alijs locis ad dictam Novam Scotiam importabuntur ultra et supra dictam summatam nobis destinatam quinque libras de centum. Et de bonis et mercimoniiis omnium extraneorum aliorumque sub nostra obedientia existentium quae vel de provincia Novae Scotiae exportabuntur vel ad eandem importabuntur ultra et supra dictam summatam nobis destinatam decem libras de centum dicti Domini Willelmi suorumque predicti propriis usibus per tales ministros officiarios vel substitutos eorumque deputatos aut factores quos ipsi ad hunc effectum constituent et designabunt levandi sumendi ac recipiendi. Et pro meliori dicti Domini Willelmi suorumque predicti aliorumque omnium nostrorum dilectorum subditorum qui dictam Novam Scotiam inhabitare vel ibidem mercimonia exercere voluerint securitate et commoditate et generaliter omnium aliorum qui nostrae autoritati et potestati sese subdere non gravabuntur nobis via est volumusque quod licitum erit dicto Domino Willelmo suisque praedictis unum aut plures munimine propugnacula castella loca fortis specula armamentaria *lie blockhouses* aliaque aedificia cum portibus et navium stationibus sedificare vel sedificari causare una cum navibus bellicis easdemque pro defensione dicti locorum applicare sicut dicto Domino Willelmo suisque praedicti pro dicto consamine perficiendo necessarium videbitur propter ipsorum defensione militum catervas ibidem stabilire praeter praedicta supramentionata et generaliter omnia facere que pro conquestu augmentatione populi inhabitatione preservatione et gubernatione dictae Novae Scotiae ejusdemque orarum et territorii infra omnes hujusmodi limites pertinentias et dependentias sub nostro nomine et autoritate quocunque nos si personaliter esse non praesentes facere potuimus licet casus speciale et strictum magis ordinem quam per praesentes praescribitur requirat cui mandato volumus et ordinamus strictissimeque praecipimus omnibus nostris justiciariorum officiariis et subditis ad loca illa sese conferentibus ut sese applicant dictoque Domino Willelmo suisque praedictis in omnibus et singulis supra mentionatis earum substantiis et circumstantiis intendant et obediant eisque in earum executione in omnibus adeo sint obedientes ut nobis cuius personam representat esse deberent sub pena disobeientiae et rebellionis. Et quia fieri potest quod quidam ad dicta loca transportandi refractarii sint et ad eadem loca ire recusabunt ut dicto Domino Willelmo suisque praedicti resistent nobis igitur placet quod omnes vicecomites seneschallii regalitatum balivi pacis justiciariorum praepositi et urbium balivi eorumque officiarii et justicias ministri quicunque dictum Dominum Willelmum suosque deputatos aliosque praedicti in omnibus et singulis legitimis rebus et factis quas facient aut intendant ad effectum praedicti similiter et eodem modo sicuti nostrum speciale warrantum ad hunc effectum haberent assistant fortis et eisdem suppetias ferant. Declaramus insuper per praesentis cartae nostrae tenorem omnibus Christianis regibus principibus et statibus quod si aliquis vel aliqui qui in posterum de dictis coloniis vel de earum aliqua sit in dicta provincia Novae Scotiae vel aliqui alii sub corum licentia vel mandato quovis tempore futuro piraticam